



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Verbum Dei quid sit. tit. 175

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

spiritualiter punientur mali diuersimode, i. acciden-  
tibus poenis. Nam iuxta gradus malitiae, vnuſ alte-  
ro plus punietur, & sentiet dolorem maiorem cru-  
ciati & acerbitate &c. Ibi qui aliū auerterit à veri-  
tate, vel scandalizauerit, vel heretici, maiores poenas  
accidentales habebunt, vt Arrius, Matth. 18. Qui vnuſ  
scandalizauerit &c. Sic infantes mortui ante baptis-  
mum, minus sustinebunt, quā mali baptizati. Sūma,  
Deus reddet vnicuique iuxta opera sua, Matt. 16.

## VERBUM DEI QVID SIT.

## TITVLVS CLXXV.

**V**IRIA occurunt notanda. Primò, Quid sit verbum Dei: Secundò, qui sunt illi qui non acceptant verbum Dei: Tertiò, Fructus credentium & facientium verbum Dei.

Primo, verbum Dei est verus, certus & constans sermo à Deo profectus, qui nos docet credere & diligere. Primò, quod sit verus sermo, Heb. 6. Impossibilis est Deum mentiri, &c. Rō 3. Est enim Deus verax, omnis homo mendax. Secundò quod constans. Esai. 4. Verbum Dei manet in eternum. Luc. 21. Cælum & terra transibunt, &c. Tertiò, docens credere, id est, articulos fidei & sacramenta, Marc. vlt. Qui credidere & baptizatus fuerit, &cætera Quarto, Diligere Deum & proximum, sicut sonant decem præcepta, Exod. 20. & Matt. 7. Qui audit verba mea, & facit ea, similis est viro &c. Hæc enim duo, i. credere & diligere, omnia credibilia & facienda includunt, i. totam & uniuersam scripturam noui & veteris testamenti. In super hæc duo, i. credere & diligere sic sunt coiuncta, quod separari & diuidi nō possunt. Et quādo diuidūtur, alterum frustra fit: ideo 1. Ioan. 3. utrumque diciat præceptum, vt qui credit, etiam diligit proximū. Et hoc pene tota Epist. Ioā. est ne diuidatur fides à di-

DDd 5 lectione,

Iectione, & i Cor. 13. Si habuero omnē fidem, non tem charitatem, nihil prodest. Nolunt igitur diuidi.

Secundō, illi habent verbū Dei & acceptārunt, quā virūnq; credunt & habent, id est, fidē in Christum, & dilectionem erga Deum & proximū, in quibus hōis per dilectionē operatur, id est, quāe habent unitatem, obedientiā legis, Gal. 5. Qui ergo solūm dicunt esse dīcere in Christū, sine dilectionē & unitate ecclesie & proximi, illi solūm unam partē verbi Dei habēt, id est, fidem absq; unitate & dilectione. Ergo sunt semiChristiani, & tantū dimidium verbū Dei acceptārunt. Hoc fuit potissima capita Christianismi, credere & diligere, quā omnia alia includunt. Fides omnia credit, caritas omnia facit, tolerat, orat, patitur crucē propter Christum. Ex quo patet, quod hoc non est potissimum, sicut licet, non obediē Papae, vesci carnibus, contemnere præcepta Ecclesiæ, nubere post votum, & id genus, liqua, sicut nunc mundus gloriatur, tales suscepit verbum Dei & habere: sed respice ad fidem & dilectionem. Nullus ergo sectariorum habet, nec suscepit verbū Dei, quia deficiunt in dilectione & unitate Catholicā. Catholici ergo integrū acceptārunt verbum Dei, quia virūnq; habent, fidē in Christum, & unitatē Catholicam Ecclesiæ, tametsi inter ipsos etiam alii, quod odium est, hoc tamen est particulare. Concordant tamen omnes in unitate fidei, sacramentis &c. Sic noua glossa scripturæ, mutuata de verbo D. I., quod gloriantur se habere sectarij, quia tamen charitas, id est, altera pars verbi Dei deest, nihil prodest, i. Cor. 13. Tertiō, Fructus primus verbi Dei, et vita æterna, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundū &c. ut omnia qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Secundus, quod nihil in mundo poterit illi nocere: Mat. 7. Qui audit verba mea, si misericordia est vito, qui ædificat supra petram, venit fluctus, & ventus, id est, persecutio, mors, gladius, &c. Rom. 8. Quis separabit?

ns à charitate Christi? Tertiò, remissio peccatorum  
donatio spiritus sancti, propter Christum, exaudi-  
tationis, &c. Ioan. 10. Ego do eis vitam eternam.

*AN PRAETER LITERAL EM*  
*scripturam nihil docendum sit in*  
*Ecclesia.*

## TITVLVS CLXXVI.

**P**RIMO notandum est, quod hoc unius  
cum est axioma omnibus hereticis  
commune ab initio mundi, quo suā  
defendunt pertinaciam, nempe ni-  
hil esse docendum & admittendum  
in Ecclesia, nisi quod in litera scri-  
ptura expreſſe habetur. Est igitur notandum, quod  
duo sunt in Christianismo, Fides, & vita Christiana.  
Deis duobus tota scriptura loquitur, quid creda-  
mus, & quid faciamus, quae duo Apostolus nominat,  
Tim. 1. Fidem & conscientiam bonam, Et Christus  
Marc. 1. Credere & pœnitere, &c.

Secundò, scriptura docet primò fidem in Iesum  
Christum, quam fidem prophetæ in futurum Chri-  
stum, & nunc Apostoli & Euangelium de Christo na-  
to & passo exigunt & docent fidem Christi, & ad hoc  
tendent omnes articuli in symbolo, & de hoc scriptu  
re loquuntur. Apostolus 1. Cor. 15. Hoc est Euangelium  
meum, inquit, quoniam Christus surrexit à mortuis,  
natura scripturam, & Romano. 4. Abraham fide est iu-  
niciatus. Hæc autem scripta sunt &c. Primo ergo lo-  
ro scriptura sacra, ut fundamentum fidei, docēda est,  
cum sacramentis & alijs mysterijs, 1. Cor. 4. Sic nos  
estimet homo &c.

Tertiò, Deus non vult ut fides tua sit occulta, sed  
vult eam manifestam fieri per dilectionem, Galat. 5.  
Irgo omnes homines, cuiuscunque fuerint status &  
condi-